



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

15. De sacra Vnctione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)


antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Panorm. Host. Anch. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 305. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 107. remissive Ximen. in concord. part. 1.

2 Probat hic text. defectum scientie prestare legitimam causam deponendi quem ab Episcopatu, ut per Abb. hic num. 1. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 3. n. 85. vbi n. 86. dicit illiteratum quem ex eo probari, quia nunquam legit librum, non intravit scholas, nec aliquem Doctorem audiuit.

3 Notatur etiam ad hoc quod collatio beneficii non valet, quando fit ei, qui est omnino illiteratus, post Innoc. & Felin. tenet Flamin. d. q. 1. num. 90. Menoch. de arbitr. casu 425. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 6. q. 7. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 169. Leil. de instit. lib. 2. c. 34. n. 129. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. c. 14. n. 5. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. c. 7. n. 12. & alij citati per me de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 63. n. 1. & Carol. de Grassis de effectibus clericali. in prelu. n. 71. Illiterati enim sunt incapaces beneficiorum, cap. illiteratus 37. dist. cap. penitentes 55. d. st. Flam. d. q. 3. n. 25. Carol. de Grassis d. prelu. n. 72. quia sunt irregulares ita inter irregularitates connumerantur hac ex defectu illiteraturae, Flamin. d. q. 3. n. 89. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 41. Nicol. Garc. d. c. 7. n. 9. & alij citati per me d. tract. part. 2. alleg. 46. n. 10. Et hic defectus est omnino indispensabilis, Rebuff. de pacific. possess. num. 264. Flamin. lib. 4. q. 4. num. 2. cum literatura de iure Diuino requiratur, Azor. de part. 2. lib. 6. c. 6. q. 4. Flamin. d. lib. 4. q. 4. num. 7. Carol. de Grassis in d. prelu. n. 64. & alij citati per me d. alleg. 36. num. 12.

4 Nunquam de Grammatica didicisse, & c. Ideo illiteratus dicitur qui prima Grammaticae rudimenta non didicit, Flamin. d. lib. 4. q. 4. n. 2. & lib. 5. q. 3. n. 70. Carol. de Grassis in d. prelu. n. 237. & seq. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 5. c. 5. n. 2.

5 In gloss. Defectus, ibi, defectus scientie sufficit ad cedendum. Dixi ad e. nisi cum pridem, sup. de renunc. super verbo, pro defectu quoque scientia.



De Sacra Vnctione.

TIT. XV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Butr. Panorm. Anchar. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. vers. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Guillem. Durand. Specul. in breuiario aureo iuris Canon. Martin. Mesnartius in epitome Decret. fol. 20. verso, Daniel Venator in analysi methodica iuris Pontificij, pag. 71. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Petr. Alphons. de Valconcel. in harmonia rubr. iuris Canonici, Barthol. Carthag. in exposit. titulum iur. Canon. Ioan. Honor. lib. 1. summa in Decretal. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

1 Episcopus cum consecratur manus, & caput illius inunguntur Chrismate confecto ex oleo, & balsamo, quod si fuerit praetermissum, est per tres Episcopos supplendum.

2 Doctores referuntur de Sacramento Extrema-Vnctionis agentes.

3 Vnctionis Extrema proprius minister est Sacerdos.

4 Regulares Sacerdotes, qui laicis Sacramentum Extrema-Vnctionis sine proprii Presbyteri licentia ministraverint, excommunicationem reservatam Sedi Apostolica ipso facto incurrunt.

5 Oleum ab Episcopo benedictum est materia remota Sacramenti Extrema-Vnctionis.

6 Oleum infirmorum an possit benedici a simplici Sacerdote de licentia Papae, remissive.

7 Vnctionis Extrema Sacramentum quibus conferendum ostenditur.

8 Reges Christiani, quibus olim concessum fuit ius vngendi qui fuerint, remissive.

9 Vnctio Principis a capite ad brachium fiebat.

10 Oleum quo Imperatores, & Reges inunguntur, quale sit ostenditur.

11 Doctores referuntur de Sacramento Confirmationis agentes.

12 Confirmationis Sacramenti minister ordinarius est solus Episcopus ordinatus, qui valide ministrat, quamvis excommunicatus, hereticus, vel degradatus.

13 Episcopi aliquando dicuntur summi Sacerdotes.

14 Baculo cur Romanus Pont. non utatur, ostenditur, & c. num. 15.

CAP. Cum venisset, vnica.

Gregor. III.

Episcopus cum consecratur manus & caput illius inunguntur Chrismate confecto ex oleo & balsamo, quod si id fuerit praetermissum, est supplendum per tres Episcopos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Viui. in rationali primi libri iuris Pontificij pag. 309. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 107. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 11. cap. vnica.

De prima Jacobus Apost. & c. De Sacramento Extrema-Vnctionis vide Concil. Trid. sess. 14. de Sacramento Extrema-Vnctionis, Galet. in margarita casuum conscientiae, eod. verbo, Vinald. in candelabro aureo de Sacramentis, tit. de Extrem. Vnctione, Petr. Ledesma in sum. p. 1. tract. de Sacrament. Extrema-Vnctionis, Gabr. Valsq. in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 135. Valentia tom. 4. disp. 8. Card. Bellarm. in controuersis fidei Catholicae tom. 3. de Sacramento Extrema-Vnctionis lib. vnica. Iacob. de Grassis tom. 1. consiliorum, lib. 1. tit. de Sacra Vnctione. Agid. Coninch. de Sacramentis, tom. 1. disp. 19. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 79. art. 1. cum duobus seqq. Soar. tom. 4. disp. 39. Balduin. in super opera controu. Bellarmini, p. 2. lib. 6. c. 1. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 28. n. 40. cum seqq. Barth. ab Angelo dialogo 3. §. 88. & seqq. Francisc. Pitigian. disp. 23. quest. vnica. Nald. verbo, Extrema-Vnctio. Ludovic. Miranda in manuali Pralatorum, tom. 1. q. 49. Bonac. de Sacrament. disp. 7. Possuin. de officio Curati, cap. 9.

Inducat Presbyteros Ecclesie] Notatur ad hoc quod proprius minister Sacramenti Extrema-Vnctionis est Sacerdos, Concil. Trident. sess. 14. de Extrema-Vnctione, c. 3. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. tract. de Sacrament. Extrema-Vnctione, c. 5. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 2. c. 2. q. 1. art. 2. vers. de Sacramentis, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 79. art. 1. Soar. tom. 4. disp. 45. sect. 1. num. 5. Card. Bellarm. tom. 3. de Extrema-Vnctione q. in princ. Fr. Ludovic. Miranda in manuali Pralatorum, tom. 1. q. 49. art. 23.

art. 1. in princ. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 2. §. 8. Agid. Coninch. de Sacram. & conf. tom. 2. disp. 19. num. 27. cum seqq. Bonacina de Sacram. disp. 7. quest. vnic. punct. 4. num. 1. Debet ministrare proprius Parochus Sacerdos cum intentione, aut alius de eius licentia, licet ipse Parochus sit excommunicatus nominatim, vel suspensus ab officio, vel iurisdictione, quia etiam tunc posset dare alteri Sacerdoti etiam non exposito licentiam vngendi, alter qui non est proprius Sacerdos, vel Parochus, aut qui facultatem non habet à proprio Parocho graviter peccabit administrando hoc Sacramentum, propterea etiam peccabit ipse Parochus excommunicatus, vel degradatus administrans, Barthol. ab Angelo dial. 3. n. 150.

4 Bonacina d. puncto 4. num. 4. Sacerdotes verò Regulares, qui laicis Sacramentum Extreme-Vnctionis sine proprii Parochialis Presbyteri licentia ministraverint, ipso facto sunt excommunicati, cuius excommunicationis absolutio Sedi Apostolice est specialiter reservata; Clem. 1. de privileg. Soar. tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 4. Valer. Reginald. lib. 28. n. 40. Henric. lib. 3. cap. 1. §. 4. Bonacina d. puncto 4. num. 6. Lud. Miranda d. art. 1. conclus. vnic. in princ. Hæc tamen excommunicatio non incurritur à religiosis ministrantibus cum rati habitatione Parochi, vel quando infirmus est in mortis articulo, Valent. tom. 4. disput. 8. quest. 1. puncto 2. Soar. tom. 4. disp. 44. sect. 2. n. 3. & d. tom. 5. disp. 22. sect. 4. Reginald. d. lib. 28. n. 61. Barthol. ab Angelo d. dialog. 3. §. 149. Ludovic. Miranda & Bonacina locis proximè citatis.

5 Vngentes eum oleo. Oleum ab Episcopo benedictum est materia remota Sacramenti Extreme-Vnctionis, Concil. Trident. sess. 14. de Extreme-Vnction. c. 14. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 1. c. 3. quest. vnic. art. 1. §. de Sacramentis, vers. de Extreme-Vnction. Petr. de Ledesma part. 1. de Sacrament. tit. de Sacram. Extreme-Vnction. c. 2. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. vers. quotiescumque, in fine, Valer. Reginald. d. lib. 28. num. 50. cum seqq. Agid. Coninch. d. disp. 19. à num. 5. Et de oleo infirmorum in quo sunt facta multa miracula, agit Martin. Delr. disp. quest. mag. c. lib. 6. c. 2. sect. 3. pagina mibi 512. An autem oleum infirmorum possit benedici à simplici Sacerdote de licentia Papæ? & alia in materia vtilia tractavi de officio & potestate Episcopi. part. 2. alleg. 31. num. 14. cum sequentibus.

7 Saluabit infirmum. Extreme-Vnctionis Sacramentum infirmis gravi morbo laborantibus est tantummodo conferendum, non autem iis, qui b. illum adoriuntur, aut procellosum mare ingrediuntur, aut ex lege ad ultimum capitis supplicium ducuntur: ita colliges ex Gama de Sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis, §. 2. à princ. Petr. Alphonsi. Vasconcellos in harmonia rubricarum sub hoc tit. n. 8. Petr. de Ledesma d. tract. de Sacram. Vnction. c. 6 à princ. Henric. lib. 3. c. 11. §. 1. Fr. Emman. d. q. 9. art. 2. & 6. Jacob. de Grassis ro. 1. confil. lib. 1. tit. sacra Vnction. conf. 2. n. 16. Barthol. ab Angelo d. dialog. 3. §. 129. Agid. Coninch. d. disp. 19. dub. 7. Possuin. de officio Curati, c. 9. n. 4. Bonaent. de Sacram. Penitentia, c. 1 §. 7. vers. dico secundò, Ludovic. Miranda d. tom. 1. q. 40. art. 2. Bonacina d. disp. 7. quest. vnic. puncto 5. Illustriss. D. Rodericum à Cunha in comment. ad c. 2. n. 2. dist. 95.

§. Vnde in veteri.

Rex vngitur oleo in brachio, seu humero Episcopus Chrismate in capite, quia Episcopus personam Christi capitis in Pontificali officio representat. Colligunt Doctores in principio text. citati.

8 Sed etiam Rex. An, & quibus Regibus Christianis

olim ius vngendi fuisset, dixi de officio & potest. Episcopi. p. 2. alleg. 31. n. 9. cum seqq.

Principis unctio à capite ad brachium Vide Greg. l. 13. 9 gloss. 1. tit. 4. p. 1. Petr. Alphonsi. de Vasconcellos in harmonia rubricarum, sub hoc tit. n. 9. Fusc. de visit. lib. 1. c. 6. num. 5.

Quia caput Pontificis Chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur. Oleum, quo Imperatores, & Reges inunguntur, non est oleum Chrismatis, ut est Baptismi, sed aliud oleum aliis exorcismis & benedictionibus consecratum, solum enim Pontifex Chrismate in capite vngitur ex balsamo & oleo confecto mystica ratione, sed Imperatores tantum oleo in brachio exorcizato in modum Crucis inunguntur, non Chrismate, ex Cærem. lib. 1. sect. 5. c. 3. Castald. de Imperat. 7. 19. n. 3. Card. Baron. annalium Ecclesie, tom. 5. anno Christi 496. Valdes. de dignitate Regia Regnorumque Hispania, c. 14. n. 23. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 5. quest. 2.

§. Per frontis Chrismationem.

Christiani vnguntur quater, bis ante Baptismum oleo benedicto, primò in pectore, secundò inter scapulas, & bis post Baptismum. Chrismate primò in vertice, secundò in fronte. Item omnis Christianus Chrismate inungitur quando confirmatur. Colligunt Doctores in principio text. citati.

De Sacramento Confirmationis vide Concil. Trident. sess. 7. de Sacram. Confirmat. Couarru. lib. 1. c. 10. Angles in floribus Theologicis, p. 1. de Confirmat. Card. Bellarm. lib. vnic. de Sacram. Confirm. Viuald. in candelabra aureo de Sacram. tit. de Confirmat. Alphonsi. Aluarez speculo iuris Pontificij tit. de Confirmat. Praxim novam Episcopi, p. 1. c. 3. de Confirmat. Vgolin. de potestate Episcopi c. 2 §. Petr. de Ledesma in summa, p. 1. de Sacram. tract. de Sacrament. Confirmat. Jacob. de Grassis tom. 1. confiliorum, lib. 1. tit. de Sacra Vnction. conf. 1. Chamerot. de Sacrament. tract. de Confirmat. Soar. tom. 4. disp. 36. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 28. Fr. Ludovic. Mirand. in manuali Prælat. tom. 1. quest. 44. artic. 1. Bonacina. de Sacram. disp. 3. Agid. de Coninch. eod. tract. quest. 72.

Hanc non nisi, &c. Notatur ad hoc quòd minister ordinarius Sacramenti Confirmationis est solus Episcopus ordinatus, vnde simplex Sacerdos nec propria auctoritate, nec de commissione Episcopi potest confirmare, nisi ex delegatione Summi Pont. ut per Couarru. d. cap. 10. num. 6. & 14. Petr. de Ledesma d. tract. de Sacrament. Confirmat. Iodoc. Cocc. tom. 2. thesauri Catholici, lib. 5. artic. ult. Prax. nov. Episcopi, d. c. 3. n. 1. Chamer. d. tract. de Confirmat. cap. 5. de ministro Confirmat. Vgolin. d. cap. 2 §. n. 2. & 3. Nau. conf. 14. num. 2. sub tit. de privileg. in nouis, Jacob. de Grassis d. conf. 1. à num. 5. & in decisionibus aureis, part. 2. lib. 1. c. 6. num. 29. & 30. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini, part. 2. lib. 2. cap. 6. prop. fin. vers. Catholici omnes, Agid. Coninch. d. quest. 72. num. 97 & num. 105. Ludovic. Miranda d. quest. 44. artic. 1. conclus. vnic. in fine, Valer. Reginald. d. lib. 28. num. 17. Bonacina d. dist. 3. quest. vnic. puncto 2. Armend. in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib. 1. tit. 13 l. 7. de Episcopis, num. 77. Illustrissimum Dominum meum Rodericum à Cunha post primam huius libri impressionem à me visum in comment. ad cap. Presbyter. 11. n. 2. dist. 95. qui quidem valide ministrat, quamvis excommunicatus, hæreticus vel degradatus, quia per hæresim, vel excommunicationem, vel degradationem non admittit Episcopus characterem in quo fundatur potestas confirmandi. Henric. d. c. 6. §. 2. Valer. Reginald. d. lib. 28. num. 19. Soar. tom. 3. disput. 36. sect. 3.

De Sacram. non iterandis, Tit XVI. 179

sect. 3. vers. dicendum est, Marc. Alter. de censuris, tom. 1. lib. 1. c. 3. diff. S. Bonacina d. p. m. 2. num. 7. vbi n. 10. ampliat etiam si non sit confirmatus, Episcopus an in Ecclesia conferre debeat huiusmodi Sacramentum, & an si confirmet subditos alterius Episcopi in sua diocesi, aliquam incurrat irregularitatem, Alia, quæ ad hoc Sacramentum præstare tenentur, dixi de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 30. n. 13. cum multis seqq.

- 13 Summus Sacerdos, id est, Episcopus.] Notatur ad hoc quod Episcopi aliquando dicuntur Summi Sacerdotes, vt per Ioseph. Ludou. Perus. decis. 74. n. 11. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 4. c. 27. g. 1. vers. quæres, quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. c. 2. num. 3.

S. Vngitur.

Vngitur cum consecratur Altare, cum dedicatur templum, cum benedicatur Altare. Item Episcopus potest vti Baculo pastorali, licet Papa illo non vtatur. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

De materia huius §. egi latè de officio & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 27.

- 14 Tum propter historiam.] De historia propter quam Romanus Pont. baculo non vtitur, egerunt Fr. Henric. Monroy, in apolog. contra Archiepisc. Toletanum, part. 1. pag. 34. Cæsar. Baron. in addit. ad Martyrologium Romanum die 30. Iulij, Durand. in ration. diuinorum officiorum, lib. 3. cap. 15. num. 5. quæ refero ego ipse d. tract. de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. c. 2. num. 14. Historia est, quoniam Beatus Petrus Apostolus Martialem discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit, cum dixit, nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis, &c. misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, qua in via ad viginti dietas defuncto Fronio collega eius rediit ad nuntiandum hoc Petro, cui Petrus: Accipe hunc baculum, & tangens illum dic, Surge in nomine Domini & prædica; ille verò in quadagesimo die à tempore mortis illius tetigit eum & surrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à se remouit, & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius verò Papa II. scriptis in Ecclesiæ speculo quod Beatus Petrus misit baculum suum Eucharistia primo Treuerorum Episcopo, quem vna cum Valerio & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonice destinauit, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum vsque hodie cum magna veneratione Treueren. Ecclesia seruat, & ideo Papa in illa Ecclesia vtitur baculo, & non alibi. Hæc Durand. d. loco.

- 15 Tum propter mysticam rationem.] Mystica ratio est quia baculi curuatio in Episcopis limitatam & coarctatam potestatem significat, & ideo illo non vtitur Papa cum potestatem habet vniuersalem, vt ex Thom. refert & commendat Felin. in rubr. de constit. n. 2. in fin. vers. benefaci. Callan. in catalogo gloria mundi, p. 1. confid. 38. concl. 6. ver. mystica vero, Lancel. Conrad. in templo omnium iudic. lib. 2. c. 1. §. 1. vers. Cruce vtitur, num. 1. & 2. Anastas. German. de sacrorum immunit. lib. 1. cap. 1. num. 108. & 110. & de indultis Cardin. §. Episcopus, num. 25. & seq. quos allegat Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarch. sedum, erectione, cap. 17. num. 50.



De Sacramentis non iterandis.

TIT. XVI.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. vers. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Guillelm. Durand. Specul. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 27. Mart. Mesnartius in epitome Decret. fol. 22. verso, Dan. Venator, in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 73. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit. Petr. Alphons. de Valconcel. in harmonia rubr. iuris Canonici, Barthol. Carthag. in exposit. titulorum eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decretal. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus quando quis est in subdiaconum sine manuum impositione, & confirmatus non Chrismate, sed olei unctione, tunc non fiet iteratio, sed supplebitur pratermissum.
- 2 Oleum oliuarum est essentiale Sacramenti Confirmationis, balsamum vero accidentarium.
- 3 Confirmationis Chrisma ex quibus conficiatur, ostenditur.
- 4 Omissum si aliquid sit de necessariis, seu spectantibus ad substantiam Ordinis, ordinatus suspenditur ab executione illius, quousque id suppleatur, quod fuit omissum.
- 5 Alium non dicitur cum aliquid superest ad agendum.

C A P. Pastoralis. I. Innoc. III.

Ordinatus quando quis est sine manuum impositione, vel est Confirmatus cum oleo, & non cum Chrismate, non sunt Sacramenta reiteranda, sed caute est supplendum, quod in curia fuit omissum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Anan. Anch. Panorm. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 315. Alagon. in compendio iuris Canonici, pag. 100. remissimè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 12. cap. vnic.

Qui sine impositione manuum fuerat ad Ordinem subdiaconatus, &c.] Videtur in hoc text. supponi subdiaconos per manus impositionem ordinari, cuius contrarium expresse probat text. in c. subdiaconus 23. dist. ibi, Quia manus impositio non accipit, & per illum tenet Sebast. Cæsar. in relect. de Eccles. hierarch. p. 2. disp. 10. §. 1. n. 7. vbi multipliciter respondet ad hunc text. & in primis non esse veram communem litteram, ibi, Subdiaconus, sed aliam quæ habet, Diaconus, & allegat Anton. Aug. loco supra citato, qui testatur ita scriptum reperiri in duplici exemplari manuscripto, vel secundo cum Abb. hic n. 2. intelligi posse non de manus impositione consecratoria, sed benedictoria, quia multiplex est manus impositio, c. quoniam 69. dist.

Non Chrismate, sed oleo delinitus, &c.] Notatur ad hoc quod oleum oliuarum est essentiale Sacramenti Confirmationis, balsamum vero accidentarium, vt per